



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris  
Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 5. De significatione particulae (studiose) in Horarum recitatione

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

ut officia pietatis & utilitatis magnæ , & pro eorum lectione indulgentiæ conferuntur. Ubi vero est consuetudo quod in choro legantur, diebus præscriptis ibidem legi debent, obligatio autem hæc chorum afficit, non autem singulos de choro particulariter.

## Articulus Quintus.

*Designatione particulae (studiose) in Horarum recitatione.*

1. **P**articula (studiose) imponit curam aliquam in horarum lectione & prohibet perfunctoriam tantum actionem in earum recitatione. Unde omnis incuria, negligentia, pefunctorietas, quæ causam dat gravi inordinationi , aut notabilibus defectibus in officio obligatorio est peccatum mortale: quia officium divinum , pro ut ab Ecclesia præcipitur est opus Dei, & in grave onus Ecclesiæ redundans, ut contractibus & fundationibus pijs ex debito justitiæ satisfieri procuret ergo illi quibus hoc onus de mandatum est, se-

ria diligentia isti satisfacere tenentur: subsumo: sed qui ex incuria, negligentia, perfunctorietate, gravem inordinationem causat, nullatenus in re tam gravi, ne quidem quo ad substantiam, oneri sibi imposito & obligationibus Ecclesiæ ac fundationum satis facit: ergo peccat mortaliter.

2. Dices substantia præcepti quatenus Ecclesiæ jurisdictioni subjicitur, consistit tantum in materiali recitatione psalmorum & aliorum ex quibus officium coalescit, ita ut qui illa vocaliter recitat, substantia præcepti pro ut Ecclesia imponit satis faciat. Resp. negando quod talis recitatio sufficiat, nam substantia præcepti de horis recitandis, non consistit tantum in externa recitatione verborum, sed in vero actu interno Deum colendi, pro ut actus ille externis actibus recitationis psalmorum forinsecus significatur: Ecclesia enim suo præcepto intendit ut satisfiat, & obligationi suæ communi colendi Deum nomine totius populi Christiani: & alteri obligationi, nimirum pijs fundationibus, & intentioni fundatorum: Sed non potest

*satis-*

satisfieri istis per solum actum externum  
(quia actus externi, si non includant internos virtutis Religionis actus, signa fallacia  
sunt & mortua, nec quidquam veri effe-  
ctus habent) ergo suo precepto intendit  
Ecclesia, ut personæ deputatae non tantum  
externis sed etiam internis actibus (*a qui-  
bus exierni dependent ut sint Religionis a-  
ctus*) Deum colant & deprecentur. Sub-  
stantia itaque precepti non satisficit, qui  
actu interno horas non recitat.

3. Ecclesia potest obligare ad actus internos, & de facto obligat ad actus mere internos & mixtos, quandocumque est mera executrix legum divinarum: quia potestas  
executiva in preceptis, agit in vi & virtute  
potestatis principalis legislatoris, ergo ubi  
Ecclesia est legum divinarum executrix,  
in omnibus illis in vi & virtute potestatis  
divinae operatur: Sed potestas divina ad  
actus internos & mixtos etiam sub mortali  
obligat, ergo & Ecclesia in mandatis, in  
quibus potestatis divinae executrix est, ad  
illos obligare potest & de facto juxtra ra-  
tionem divini precepti obligat.

E 4

4. Unde

4. Unde Ecclesia sub præcepto in virtute S. obedientiæ statuens , ut clerici ad divinum officium obligati, illud studiose & devote legant, est in eis executrix & declaratrix legis Divinæ naturalis: ideo ad actus internos sub peccato mortali obligare potuit, & de facto obligavit : cum enim duo præcepta divina in Ecclesiæ præcepto contineantur, quorum primum est : co-lendi Deum aeterno interno externoque. Alterum satisfaciendi fundationibus ipsius, eadem vi obligationis remanente , quæ est juris divini naturalis: Ecclesia edito præcepto, jus divinum exequitur & declarat, mandans ijs qui sacris Ordinibus consecrantur , ut nomine universalis Ecclesiæ, pro eis velut spondente, horas Canonicas studiose & devote legant.

### Articulus Sextus.

*De Devotione in Horarum recitatione  
servanda.*

I. **T**riplex est devotio respectu horarum prima: externa & corporalis:  
quæ